



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VI. Notitia de seruo quem colonus comparat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

ra resideat; sin autem non potuerit
ad ipsam casam Dei se recognoscere
faciat. Datum ibi.

VI. NOTITIA DE SERVO
quem colonus comparat.

NOtitia qualiter vel quib. præ-
sentibus, veniens magnificus
vir ille in illa ciuitate, in mallo pu-
blico ante inlustrem virum illum
Comitem, & ante Apostolicum vi-
rum illum, vel præsentibus quam-
pluribus viris venerabilib. rachim-
burgis, qui ibidem ad vniuersorum
causas audiendum, vel recta in Dei
nomine iudicia terminadum, dum
residebant vel adstabant, quorum
nomina subtus tenentur adnexa,
hominem aliquem nomine illum
interpellabat, dicēs eò quod seruus
ad colonum suum nomine illum de
capite suo aderat, & venditionem
habebat, quomodo ipse colonus

ipsum comparauerat, & ipsam venditionem ibidem ostendebat ad telegendum. Relecta epistola sic ipsi viri ipsum interrogauerunt, si aliquid contra ipsam chartam dicere volebat, vel si eam agnoscebat, aut non. Sed ipse seruus ipsam chartam veram & legitimam recognouit: sic ipsi viri tale decreuerunt iudicium, vt ipse ille ipsum ad seruitium recipere deberet, quod ita & fecit, & per manus vicarij per iussionem inlustri viri illius Comitis, & per iudicium ad ipsas personas, præsentia liter receptit: his præsentibus: Datum ibi, sub die illo.

VII. NOTITIA DE TERRA
euindicata.

NOtitia qualiter vel quib. præsentibus, veniens venerabilis vir ille Abas de monasterio illo, die illo in illo loco ante inlustres viros